

68

SPECIMEN D. D.  
ACADEMICUM,  
DE  
**LIMITATA  
REGIMINIS  
FORMA,  
INCREMENTUM  
CIVIUM  
PROMOVENTE,**

QUOD,

Consentiente Ampliss. Facult. Philos. in Regio  
ad Auram Athenæo,

PRÆSIDE

D<sub>N.</sub> PETRO KALM,

Oeconom. PROF. Reg. & Ord. nec non Reg. Acad.

Scient. Svec. ac Societ. Lit. Upf. MEMBRO,

*Publicæ censuræ modestæ subjicit*

JOHANNES STRÖM,

BOREA-FENNO.

Ad Diem I. Julii Anni MDCCLVIII.

Loco horisque solitis.

---

ABOÆ, Impressit Direct. & Typogr. Reg. Magn. Duc.  
Finland. JACOB MERCKELL.

S:æ R:æ M:tis  
MAXIMÆ FIDEI VIRO  
Reverendissimo PATRI ac DOMINO,  
**DN. C A R O L O**  
**F R I D E R I C O**  
**M E N N A N D E R ,**

S. S. Theologiæ DOCTORI  
CONSUMMATICISSIMO,  
Diœcœsos Aboënsis EPISCOPO  
EMINENTISSIMO,  
Regiæ ibidem Academiæ PRO-CANCELLARIO  
MAGNIFICENTISSIMO,  
Venerandi Consistorii Ecclesiastici PRÆSIDI  
GRAVISSIMO,  
Scholarum per Diœcesin EPHORO  
ADCURATISSIMO,  
Regiæ Acad. Scient. Holm. MEMBRO Maxime  
INCLYTO,

MÆCENATI MAXIMO.

# TUAM.

REVERENDISSIME. PRÆSUL.

In. Heliconis. Alumnos. Omnes.  
Benevolentiam.

Fama. Ubique. Celebrat.  
Singularem.

Quæ. Mihi. Contigit.  
Gratiam.

Humillima. Veneror. Mente.  
Hæc.

Erexit. Hæsitantem.  
Animum. Addidit.

Ad. Limina. TUA. Aditum. Molienti.  
Ignoscas. Vero.

MÆCENAS.

Nimia. Audacia.  
Demittit.

Ut. In. Loca. Edita.  
Ita. In. Humiles. Valles.

Suos. Sol. Radios.

Gratiæ. TUÆ. Jubar.

In. Tenues. Spargere. Clientes.  
Neque. Gravaris.

Igitur.

Spes. Adfulget. Lætissima.  
Fore.

Ut.

Ut. Præsens. Hoc.  
Quod. Ad. Aram. Gratiæ. TUÆ. Provolvitur.  
Rudi. Licet. Minerva. Confectum.  
Meletema.  
Serena. Suscipias. Fronte.  
Patiare. Illud.  
Supplex. Contendo.  
Animum. Loqui. Devotissimum.  
Pietatem. In. TE. Interpretari. Æternam.  
Exhilara.  
Submisse. Rogo.  
Solita. Posthac. Gratia.

REVERENDISSIMI. NOMINIS. TUI.

*Clientem devotissimum;*  
**JOHANNEM STRÖM.**

Kongl. Maj:ts  
Tro-Tiänare och Lieutenant, vid Åbo Låns Rege-  
mente til Fot,  
Wålådle  
**H.R. CONR. SCHLYTER,**  
Min Huldaste Fader.

AT Skulder böra betalas, antingen det då sker  
i samma wahra man undfåt, eller uti et dere-  
mot swarande värde, är en sak, som ingen twiflar  
om. Mellan Föräldrar och barnen har det sig likwäl  
annorlunda. De förra nöja sig allenast med en tack-  
sam årkänsla af de senare, hwilken då den finnes  
uprichtig och brinnande, blir få mycket mera gällan-  
de. Den priswärda ömhet, och de stora wålgärnin-  
gar, hwarmed I, Min K. Far, mig stådse behagat öf-  
werhopa, hafwa försatt mig i en skuld, som jag ei  
mågtar afbörda; Men jag smickrar mig deremot med  
den öfwertygelse jag äger, det I ansen för den redba-  
raste årsättning min wördnadfulla årkänsla, som här-  
tis legat dold uti hiertats tyfta gömmor; men nu,  
mig til största glädie, får bryta fram i öppen dag.

Tagen altså emot, Min K. Far, närvärande ma-  
gra arbete, som et prof af mit tacksvamma sinne, och  
sasom en tolck af den ödmiukaste wördnad för E'r, i  
mit inre ständigt lågar. För öfrigkeit skal det wara mig  
högst om hiertat, at sända trågna fuckar til Himme-  
len för E'r beständiga välgång och fällihet.

Framhärdar til min graf

**MIN HULDASTE FADERS**

ödmiukaste och lydigste son  
**JOHAN STRÖM**

Regements Commissarien wid Kongl. Åbo Låns  
Infanterie,

Ådel och Högachtad,

# H.R. DIDRICH JOHAN SCHLYTER,

Min Högtårade K. Broder.

DE många wålgårningar och synnerliga prof af  
ynnest och godhet, som I, Min K. Bror, mig  
behagat årte, hafwa länge sedan försat mig uti  
öm bekymmersamhet, at på något fåt kun-  
na wisa min skyldighet deremot.

Jag nyttiar altså detta tilfälle med så mycket  
större begärighet, som mig nu händer den inner-  
liga fägnad, at allmänt få beprisa Eder mig bewi-  
sta godhet, och således yttra den tacksvamma är-  
känsla, mitt inre hyser.

Uptagen derföre detta ringa arbete, som jag  
nu har åran at E'r tilskrifwa, ei som någon we-  
dergållning för de mig wederfarna wålgårningar,  
utan såsom et wedermåle af dess årkänflofulla  
sinne, som under tilönskan af Ert beständiga  
wål, med högachtnig til sitt sidsta lefwer,

Min Högtårade K. Broders

Ödmjukc tjenare och  
trogne Broder  
**JOHAN STRÖM;**

**S**Alutem Republicæ multitudine, inter alia; niti civium, res est evidentior, quam ut a quo- quam in dubium queat vocari. Magni itaque interest id omni cura agi, ut, quantum fieri potest, incolarum augeatur numerus. Varia sunt media ad finem hunc obtainendum ducentia; quæ tam non semper & ubique æque felicium sunt effetuum. Cur vero ita sint, plurimæ dantur rationes, quarum haud raimam meretur attentionem, quæ est in ipsa forma Regiminis. Hæc subditos & pauciores & numerosiores reddere valet. Et quum de Regiminis forma Limitata, in quantum videlicet ad incrementum civium concurrat, nonnullas ducere linæas constituimus; Te B. L. enixe rogamus, velistratiunculæ huic mitiorem indulgere censuram.

§. I.

**P**Er Limitatam Regiminis Formam hic intelligimus illam, qua summum imperium non totum est penes Regem, sed simul penes concilium ex universis

versis patribus familias constans, sive populum; vocatur hoc imperium civitas libera, ob dulcissimam libertatem legibus limitatam & stabilitam, qua cives hic gaudent; quæque a Monarchia, ubi unus clavum imperii tenet, a cuius unice arbitrio omnia pendent, differt, vel ipsi opponitur. Cives heic nobis sunt tam *Originarii*, qui ex illis, qui initio civitati nascenti interfuerunt, gignuntur, & etiam indigenæ adpellari solent; quam *adscititi*, qui civitati jam constitutæ extrinsecus accedunt, eo fine, ut fortunarum ibi sedem figant. Verbo: per cives, vocabulo hoc latius sumto, hic significamus omnes, quotquot subditorum nomine comprehenduntur. Quod ut clariora evadant, quæ circa substratam materiam dicenda sunt, indicavimus, ad ipsam rem qualitercunque pertractandam proprius nosmet jam collaturi.

## §. II.

**Q**uemadmodum inter præcipuas paucitatis Civium caussas merito referantur bella; ita horum declinatio potissimum, per quæ frequentia incolarum obtineatur, mediis annumeretur, oportet. Non est, quod multi simus in perspiciendis modis variis, quibus in tollendis mortalibus utitur Bellona. Perpendamus solummodo, quot & quanta hominum agmina sœpissime Marti immolantur furibundo. Consideremus quantam parit status bellicus rerum inopiam & paupertatem, imo famem; totas regiones vastat & depopulatur: omnibus obest viatum comparandi

mo-

modis &c. quæ singula non potest non induulso ne-  
 xu concomitari insignis numeri civium diminutio;  
 adeo ut si his addatur, quod bellum non modo e  
 medio tollat omnes illos, qui in acie occumbunt, in  
 captivitatem ducuntur, & quibusvis hostilibus inter-  
 imuntur excursionibus; verum quod etiam ad hoc  
 sit referendum, perplurimas uxores tunc temporis suis  
 privari maritis, ætate plerunque soboli præreandæ  
 amicissima, & sic propagationi promovendæ  
 reddi prorsus ineptas, regno ita deperdente  
 omnem posteritatem ab illis alioquin relinquendam;  
 neminem certe inficiari credamus Bellonam atro-  
 cissimam & efficacissimam fere multitudinis incola-  
 rum destruetricem debere reputari. Quantum igitur  
 ad incrementum civium confert bellorum remotio,  
 & reipublicæ ab actibus immunitas hostilibus; tan-  
 tum etiam ad posterius hoc momentum assequen-  
 dum concurrit Regiminis forma limitata. Etenim  
 ubi hæc viget, unanimis ubique obtinet consensus &  
 arbitrium totius populi, nonnisi quæ ad salutem com-  
 munem tendere putantur, omni, quod non facile  
 dubitamus, tempore decernentis; adeoque nullum,  
 nisi quod salvo rerum statu & justissimis caussis id  
 exposcentibus omitti nequit, bellum suicipientis.  
 Cum e contrario longe aliter se res habet in civi-  
 tibus Monarchicis, ubi sæpiissime velle & jubere  
 Imperantis ipsam constituit rationem: ubi ex mini-  
 mis haud raro & plane nullis caussis cruenta bella me-  
 morantur oborta, & numerosissimæ nonnunquam ho-  
 minum catervæ crudelis Despotæ gloriæ cupidini &

perfurbato animo fuerunt hostiæ ; cūjus plurima suppetunt exempla tristia e Historiarum monumentis pētenda , quæ brevitati studentes silentio hic præterimus.

### §. III.

**D**Effectus vel inopia eorum , quæ ad vitæ sustentationem sunt necessaria , augmento incolarum haud exiguo est obstaculo . Varia itaque quæstuum genera & victum comparandi modos huic malo mederi facile est intellectu . Et quemadmodum heic incensum veniunt *Agricultura* , *artes manuariæ* , *opificia &c.* erit leviter sub incudem revocandum , quam hæc in statibus liberis induant habitum . Quin illa curæ cordique sint summæ in civitate libera potestati , eo minus dubitare convenit , quo certius hanc nonnisi communi , ceu modo innuimus , saluti semper prospicere subsumimus ; & ex iis , quæ in §. antecedenti de bellis diximus , patet nihil facile obstatore , quo minus dicta quævis quæstuum genera etiam ad actum queant deduci . Posito enim , quem loquimur , rerum statu , remotisque bellis , non in sollicitanda tellure turbatur agricola , non e fodinis auffertur monticola , ab officina opifex , Mercator e tabernis suis &c. sed cuique suum in pace colere datur artificium . Florent itaque præcipue in civitatibus liberis & Regnis potestate limitata gaudentibus variæ artes & opificia ; quantum autem hæc ad numerum civium augendum valent , latet neminem . Nunquam vero tam lætam faciem sub Monarchis abolutis

litis induunt, quod testatur omnium temporum Historia. Quod ad generaliora artium & quæstuum omnium requisita sive media attinet, quibus annumerantur sufficiens pecunia, & cursus hujus non impeditus, nec non horrea vel receptacula alimentorum ; (a) ea quidem faciliori negotio sub forma regiminis limitata seu in libera civitate obtineri & comparari possunt. Pecunia namque ex metallis, e visceribus terræ in tranquillo libertatis otio protractis, confecta, non potest non cursus ejus insigniter promoveri, cum & illi, qui mutuari cupit, variæ pecunias mutuo accipiendi viæ sint apertæ, (\*) & qui mutuat, securitatis quantum satis est de pecuniis collocatis sibi possit polliceri. Circa repositoria item commeatus nihil difficultatis comparere ex jam utcunque parce dictis operoso absque molimine colligitur. Porro, quum ubi forma reipublicæ est limitata, ipse modus regiminis sit constans, ubi nimirum decreta & agenda omnia ad eundem continuo scopum tendunt, salutem puta & commoda singulorum civium promovenda, eoque respectu maneant immutabilia : Hinc vero fluat illa securitas, qua de facultatum & opum comparatarum quieta & non interrumpenda possessione quisque sibi potest gratulari ; in propatulo est, non solum quemlibet rei familiaris pro virili augendæ indefessam agere curam, unde jam plurimos quæstus sponte velut enasci exercerique apparet ; verum etiam illis, quibus ampliores sunt fortunæ, animum addi ad instituenda varia opificia, ut fabricas, artes manuarias &c. (ad quæ perficienda

magni requiruntur sumptus & apparatus) cum nimilum impensam in illa factam insumtosque labores non desperditum iri sibi habeant exploratum. Calculum his adjicit Prof. Celeb. BERHC, ita hac de re verba faciens: *Som alla näring nedels beständ grun-  
dar sig därpå/ at de/ som däruti åfwentyra sin för-  
mögenhet / måge vara försäkrade derom / at alla hiel-  
peder / som föra til det åndamålet / måge vara nog be-  
fästade och förblifwa orubbade; aleså wiha näringmedlen  
icke fortkomma uti de länder / hwarest Regerings sättet  
antingen är waklande/ så at det som en tid fastställes/ blif-  
wer en annan tid upphåfwit / eller hwarest icke landets  
hushållnings wålmåga sättes för det hypersta ånda-  
mål/ hwartil hela samhällets styrelse bör syfta.* In-  
ledning til Allm. Hush. p. 267. 268.

(a) Vide Prof. BERCHS Inledning til allm. Hush. p. 260.

(\*) *Praterquam quod gaze publice plerumque Libertate floren-  
se usibus civium, pecuniam videlicet collocando vacent; etiam  
aliunde & e locis privatis eo facilius obtineri potest pecunia,  
quum nullum adesse illius amittenda metum cum ex anteceden-  
tibus, cum sequentibus erui queat.*

#### §. IV.

**S**icut adventus integrarum coloniarum in augendo ci-  
vium numero haud ultimo loco ponendus est;  
ita eo felicior civitas est æstimanda, quo crebriori  
harum de confluxu sibi queat gratulari. Formæ Re-  
giminis hoc in momento haud parum erit tribuen-  
dum. In Regnis despoticis tristem plerumque hujus  
rei

rei videmus faciem. Etenim ubi omnia ab unius  
 pendent arbitrio, & eatenus tantummodo tamdiuque  
 ac id imperanti visum fuerit, quivis vitæ suæ & fa-  
 cultatum verus possessor nominari potest; non mi-  
 rum est, gentes circumiacentes, justo perfusos hor-  
 rore, transmigrationem in istiusmodi regna nimi-  
 um quantum averfari. Hoc etiam ex sua parte, ut  
 alia taceant, est in caufa, cur Gallia, ducentos jam  
 ante annos viginti incolarum millionibus instructa,  
 eundem solummodo hodie servat numerum, (a) utut  
 variis deinde adaucta provinciis, nec non Imperan-  
 tibus gavisa de republica haud male meritis. Quod  
 liberam vero civitatem seu Limitatum Imperium  
 concernit, dictæ hujus prærogativæ capacius esse  
 illud, nemo facile negabit. Quid enim obstat, quo  
 minus hoc sese conferant exteri, ubi curæ semper  
 summæ potestatis occupantur in salute & incolumi-  
 tate singulorum civium promovenda? quid impedit,  
 quo minus hoc properent, ubi nullus admendæ vi-  
 tæ vel facultatum deperdendarum metus? ubi Ty-  
 rannidis formido omnis omnino exulat? cur, quæfo,  
 huic non sese subjecere satagant regimini, ubi plu-  
 rimæ & variæ iniri possunt vitæ suffentandæ viæ? ut  
 id in §. præcedenti ostendimus. Dignissima sunt,  
 quæ hoc adducantur, verba Illustris TEMPLE,  
 ita se habentia: Denne / Monarchia puta, utöder lans-  
 det af folk / däröft den andra (Libertas) syller det:  
 Denne förgåwär arbetafamhet / ty menniskorna åro  
 i twifvelsinål om, at få behålla / hwad de winna/  
 och leming det til sina barn; den andra upmuntrar  
 dem

hem til arbete och tildrager sig menniskor. (b) Quod si scripta Historica adire voluerimus, perspicue illa evincunt validissima populorum agmina certatim quasi civitates liberas petivisse. De Batavia scribit Bacchmanson: de främmmande togo under förfödelsen sin tilflgcht dit i otalig myckenhet / och på få månads tid / öfver hundrade tusend familier ifrån Flandern och Brabant allena/ hvilka woro måstedelen rika Köpmän och Konslnärer / arbetande i allehanda Manufacturer. (c) Likaledes wiste Angeland / pergit alio loco idem auctor, at betjena sig af de flygtande Hugonotter, intagandes på en gång öfver 30000. familier, som i London, Norwich, Colchester, Canterbury och flere städer nedsatte blefwo. (d) Imo, Anno 1750. solam Pensylvaniam, Angliae in America Coloniam, ultra duodecim millia Germanorum suscepisse constat. Quam ob caussam, inter alias, Regnum hoc potentissimum, & præ cæteris jam diu aureæ Libertatis fructus capiens uberrimos, ante ducentos circiter ab hinc annos tres tantum miliones incolarum fovens, numerum septem millionum nunc temporis excedit. (e) Eandem cum Bacchmanson tibiam, & quidem grandiori sono inflat modo laudatus TEMPLE, dum itidem de Batavia, Hvar och en / inquit, som hafwer test igenom Holland, och i acht tagit antalet / och den nära granskaven af deras stora och folkrika städer / och hvilat / samt den underbara förkefning de giore nästan af hvarie fot land / jemte den stora myckenhet menniskor / som stadesigen emploujeras i deras skepp ute / o. h

och deras båtar hemma / läter finna at intet annat  
bekant land i verlden / som är af samma vidlöftighet/  
håller någon proportion med detta i antal af folk---de  
första ting som lätade så mycket folk till deras land  
woro styrkan af deras ständer och Constitutionen af  
deras regering.(f)

(a) Att. Acad. Sc. Svec. Anno 1753. p. 3. (b) Bacchm. Arc. Oec.  
& comm. p. 227 (c) idem p. 228. (d) p. 230. (d) att. acad.  
Sc. Sv. Anno. 1754. p. 162. (f) Bacchm. arc. Oec. & Commercii.  
p. 228. 229.

### §. V.

**Q**uum vero per dictos adventus coloniarum incolis  
ditari posse Regnum in §. proxime præcedenti  
dederimus demonstratum ; supponendæ ex adverso  
etiam erunt civitates , e quibus emigrant aliorum  
tendentes . Hujusmodi vero emigrationes quis est  
qui non percipit magnum ponere obicem aug-  
mento civium ; cui si consulatur , omnis lapis mo-  
vendus est , ut quantum fieri potest præpediantur .  
Et quemadmodum ad indolem Formæ rerum re-  
pu-  
blicarum magnam omnino partem fese attempe-  
rant ; ita in tollendis caussis illarum plurimis ap-  
prime conspicua est Forma limitata , quod utique  
ex comparatione ejus cum Monarchica optime pa-  
tet . Hanc quidem , nimirum Monarchiam , si mo-  
do quid sit rite perpendatur , ad efficiendas emi-  
grationes haud leviter concurrere cuvis pronum  
est intelligere . Docent hoc varia itidem exempla .

Triste hujus documentum edidit FERDINANDUS CASTHOLICUS, Hispaniae ceu Rex potentiae illimitatae, qui multoties mille *Mauricas* & *Judaicas* familias Regno ejecit. (a) Neque incremento civium erat prospectum, quum regnante PHILIPPO II:do Septem Provinciæ Belgii Fœderati, imperii ejus pertæsæ, jugum Hispanicum penitus excuterent. (b) De Gallia nobis constat, LUDOVICUM XIV. multa milia *Hugonotorum*, quorum supra meminimus, cum damno fere irreparabili in exilium pepulisse; cuius & postea ipsum pœnitiebat, ut videre est in Bacchm. art. Oct. & Comm. p. 23. Quot, quæso, quotannis Germanorum, servitutis jugum detrentantium patrios clam relinquunt lares, & aliam indefesse petunt plagam? Qualia vero exempla de Nationibus Liberis non facile prostant; Etenim in his emigrationes eo minus fieri censendum est, quo constat certius abundantissimas gentium cohortes in illas plus simplici vice immigrasse, ut id in §. antecedenti evictum dedimus. Hinc Angli gloriantur nullos aut certe paucissimos illorum, nisi commerciorum promovendorum gratia, in aliis regionibus, sive extra patriam, sedes fixas habere; contra autem Gallorum, Germanorum, aliorumque populorum sub Monarchia absoluta natorum integras cohortes, patrium solum relinquentes, ubique fere gentium, in primis vero in civitatibus liberis domicilium eligere; quod illi, Angli scilicet non tam regioni suæ, illa enim aliis plerisque non melior & fœcundior est, sed formæ regiminis

giminis dulcissimæque, qua fruuntur, libertati adscribunt.

(a) PUENDORFFI *Introd. ad Hist. præcip. stat. Europ.* Cap. 2.  
(b) *Idem l. c.*

### §. VI.

**P**orro per Matrimonia cumprimis maturius inita auctiorem reddi numerum civium per se & ipso nomine clarum est. Paululum igitur vendendum, quantum hæc promovendo ad incrementum incolarum conducat Regiminis forma limitata seu civitas libera. Inopiam earum rerum, quæ ad viëtum pertinent, & ad vitam commode transigendam sunt necessariæ, maximam connubii junctis interponere moram, difficulter non potest intelligi. Cui enim non suppetunt, quibus conjugem & liberos alat progenerandos, imo sæpe quibus ad propriam vitam sustentandam opus est, mirari nemo potest, illum de thalamis minus sollicitum, vel usque dum præterlapsum est tempus ab ipsa natura rei conjugali destinatum, matrimonio contrahendo abstinere, vel etiam per omnes ætatis annos cœlibem agere vitam.

Quum vero hoc morbo, defectu puta alimentorum & quæstuum non facile laborent cives Reipublicæ liberæ, ut hanc rem in §. III. levi penicillo adumbravimus; in aprico est Libertatem fœderibus pangendis connubialibus hoc intuitu esse amicam.

Quod reliqua attinet momenta sive media, stimulos ad dictum hoc negotium suscipiendum addentia, quæ sunt: ab oneribus publicis ad certum tempus immunitas, Förskotter / Brud-cassor &c. (a) nec non quod præmiis ornentur, qui certum natorum numerum exhibere valent: item in gratiam eorum, qui maturiora ineunt matrimonia, loca inhabitata, si quæ dantur, & deserta, reddantur habitabilia & excolantur, quod opera & laborebus militum, domi videlicet temporibus pacis manentium, non incommodè fieri posse afferit Dom. Mag. BROWALLIUS in Dissert. *Tantum omnia* *Swenda Folk-bristell* §. 29. hæc omnia, inquam, quod concernit, ea optime in Regiminis Formam, de qua agimus, quadrare, & sub illa ad praxin deduci posse, ex iis, quæ in §. II. & III. adstruximus, quemque sine prolixa ratiocinatione percipere arbitramur. Et quum libertate durante singulis civium, ut id jam antea indicavimus, qua vitam & facultates in tuto vivere datur, & sibi suisque quantum possunt, prospicere conceditur; non potest non hoc cuilibet, cuius nempe ita fert rerum conditio, rei connubiali sese applicandi calcar addere fortissimum.

(a) Prof. BERGHS Inled. til allm. Husbåll. p. 31.


### §. VII.

**D**E Nosocomiis adhac, Orphanotrophijs & Quæ piura

plura sunt ejusdem commatis, utpote ad conservationem & incrementum civium spectantia, sermonem heic habere eo minus e re esse judicamus, quo firmius speramus ex iis, quæ pro re nata in præsentibus pagellis in medium protulimus, cuivis fieri manifestum, illa ipsa in statibus liberis absque molesto molimine posse institui exstruique, & exstructa felici successu florere in emolumen-  
tum Reipublicæ hand floccifaciendum.

## §. VIII.

**H**æ sunt, B. L, meditationes, quas de Limitata Regiminis Forma incrementum civium promovente, pro modulo ingenii institutas oculis Tuis subjicimus. Fatemur quidem nos in materia hac latiorem sui deductionem permittente justo fuisse jejuniores; Verum quum non defint circumstantiæ, quæ fuerunt in caussa, cur institutum ex voto persequi non potuerimus; quin abs Te, L. B. excusemur, nulli dubitamus.



A L' AUTEUR.

MONSIEUR,

JE suis très rejoui d' avoir trouvé une occasion aussi favorable que celle qui se présente aujour dbui pour pouvoir Vous feliciter, MONSIEUR, sur la dissertations que Vous êtes sur le point de donner au Public.

Il est bien vrai, que l' application continue que Vous donnez a l' étude joint à la profonde connoissance que Vous avez déjà des sciences ne pourront manquer de Vous attirer toutes les louanges que Vous meritez.

Comme Je me flatte d' être de Vos amis, Vous me permettrez donc, MONSIEUR, de Vous temoigner de rechef la joye extreme, que j' aurai de voir recompenser Vos vertus & Vos sciences; Je vis dans cette esperance, et ai l' honneur d' être

MONSIEUR,

Votre très humble serviteur  
& fidele ami,  
CHARLES ULNER.